



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XX Nec mirum cuiq[ue] esse debet, si postea sp[irit]us diuersum inter hos gradu[m] esse uoluerit, quandoquide[m] huiusce rei ta[m] euidens exemplar ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXIII

Possumus & alia ad hunc modū haud pauca memorare, sed hæc opinor sufficiunt, ut quiuis intelligat de nomenclaturis istiusmodi non esse scripto satis exacte definitū, sed earum clariorem distinctionem, ex his quæ uiua uoce tradita sunt, necesse sit potius esse petendam.

¶ Q<sup>2</sup> si quis ex mere negatiuo, nimirū ex eo, q<sup>d</sup> nusq<sup>ue</sup> uocati sint ab apostolis sacerdotes, contendat esse colligendum nullos eiusmodi fuisse sacerdotes, ita nos facile colligemus Iohannē Euangelistā existimasse, nullū inter ap<sup>osto</sup>los & discipulos fuisse discrimen. Nam ille per totū Euangeliū suū nusq<sup>ue</sup> ap<sup>osto</sup>stolorū, sub hoc nomine, mentionē facit. Et tamen crebro de his ip<sup>s</sup>is loquit<sup>ur</sup>, q<sup>ui</sup> fuerant apostoli, nusq<sup>ue</sup> eos nominans ap<sup>osto</sup>los, sed discipulos dūtaxat. Quid ergo? Num propterea nihil discriminis inter ap<sup>osto</sup>los & discipulos fuisse credidit? Non con-  
sequitur. Sic pariter & de noui testamenti scriptoribus dicendū est, q<sup>uod</sup> quanq<sup>ue</sup> hi de sacerdotibus, sub hoc nomine nullā fecerint mentionē, non oportet, ob id nihil inter sacerdotes & reliquos interesse christianos. Nā de illis ip<sup>s</sup>is abunde sub alio nomine meminerunt, nempe quoties de presbyteris & episcopis habebatur sermo.

¶ Nec mirum cuiq<sup>ue</sup> esse debet, si postea spūs diuersum inter hos gradū esse uoluerit, quandoquidē huiusce rei tā euidens exemplar ante per Christū in euangelio fuerat exhibitū. Neq<sup>ue</sup> em̄ frustra Christus diuersum gradū instituit duodecim ap<sup>osto</sup>lorū a 70. discipulis, & rursus eorundē 70. discipulorū a reliquā turba. Q<sup>2</sup> si Christus tantū discriminis in illo pusillo grege necessariū fuisse duxerit, quis nō aduertit hoc multo magis in toto christianorū cœtu qui mox postea supra stellarū numerū excreuit, oportuisse fieri. Rectissime igit<sup>ur</sup> & non absq<sup>ue</sup> sacri spūs instinctu successisse ap<sup>osto</sup>lis credendi sunt hi quos ep<sup>iscop</sup>os & maiores sacerdotes uocamus, nimirū q<sup>ui</sup> hi primū in ecclesia gradū obtineant. Septuaginta uero discipulis, illi q<sup>ui</sup> presbyteri minoresq<sup>ue</sup> sacerdotes dicunt<sup>ur</sup>, q<sup>ui</sup> & secūdi gradus tenent formā. Nā debuit hæc ueritas, quæ per Christum instituta fuit in ecclesia perpetuari, sic ut semper essent quidā, qui referrent ap<sup>osto</sup>los, alij qui septuaginta discipulorū formā ex-

XIX

Ap<sup>osto</sup>li nomen nō a Iohanne ponitur.

XX

Sacerdotū diuersi gradus necessarij  
Lucæ. x.

Ep<sup>iscop</sup>i succedūt ap<sup>osto</sup>lis.

Sacerdotes sunt discipulorū successores.



CONGRESSVS TERTIVS

primerent. Nec adeo quisq̄ opinor, hæreticus est, ut neget istã graduũ uarietate, a Ch̄o institutã, eandẽq; deinceps ab apostolis usurpatã fuisse. Quod si fateat, iam cõsequens est, ut cõcedat hos gradus, haudquaquã singulis de plebe cõgruere, sed his dũtaxat, qui legitime fuerint ad ipsa munera per ecclesiæ præsidēs asciti, pariter & ordinati.

XXI

Argumenta negatiua sunt in ualida.

Iohan. 16

I. Corin. 7. & alibi

Paulus multa addidit testamẽto Christi.

Multa absq; scripturis recepta sunt.

¶ Quæ uero sequunt in Luthero quantũ ad hũc impetum spectat nullius ponderis sunt, neq; responsione digna, de hoc certus esto lector, q̄ nihil contra sacerdotiũ afferre Lutherus potest, præter argumenta negatiua, quæ nihil penitus apud eruditos efficiunt. Verũ quidẽ est q̄ testimonia quædam ex scripturis profert, quæ sonare uident nihil scripturis adiiciendũ esse, neq; testamento Christi quicquã superordinandũ. Quæ si uera forent iuxta Lutheri mentẽ, iã nõ uere dixisset Christus Multa habeo uobis dicere, quæ nõ potestis portare mō. Nam si nõ ante suam ascensionẽ omnia dixit eis, quæ dicenda fuerant, quũ palam sit eũ ante mortem testamẽtu suũ condidisse, q̄s ambigere p̄t alia plurima Christũ reliquisse supordinada. Adde, q̄ si Christus nihil suo testamento uoluisset adiici, cur postea misit sp̄m ut nos in omnẽ induceret ueritatẽ. Præter hæc cur Paulus nõ semel adiicit de suo dicens? Hæc ego, nõ dñs. Cur præter scripturas, multa tradidit obseruãda, quæ admodũ. 2. ac Thessa. 2. testat dicẽs. Itaq; fratres state & tene te institutiones quas didicistis, siue per sermonẽ, siue per epistolã nostrã. Et. I. ad Corin. II. de eucharistia loquens. Cetera (inqt) quũ uenero disponã. At hæc cetera, nusq; scripta sunt. Sed hac de re satis copiose locuti sumus alibi, nimirũ ubi cõfutam⁹ Lutheranos articulos nona ueritate. Nõ sic ergo debent intelligi scripturæ, quẽadmodũ eas inuertit Lutherus, nẽpe, q̄ nihil oĩno præter sacras l̄ras admittendum sit, nec eis quicquã adiiciendũ, quũ & per ap̄los multa sint absq; scripturis tradita multaq; saluberrime per eorũ successores adiecta. Sed ita potius intelligamus nihil esse cõtra scripturas recipiendũ, aut quicquã quod cũ eis pugnet adiiciendũ quouis pacto. Vides ergo lector Lutheri primũ impetũ, de quo tantopere pridẽ gloriat⁹ est, iam humi iacere eneruatum & exossatum, roborisq; peni-